

Off. sg. 4.

Q. B. E. F. F. Q. I. E. D.
PRAEMISSA AD HOS. II SEGM. XXI
VOCABVLI פְּנַי EXPLICATIONE
XVI

OMNES MVSARVM PA-
TRONOS, FAUTORES,
AMICOS

AD
O R A T I O N E M

DE
QVAESTIONE, NVM RELIGIO CHRISTIANA,
SINE DOCTRINA DE DIVINITATE CHRISTI,
SIT PROBABLIS?

A
CHRISTIAN. GVILL. THEOD. VOGTMANNO

GRVEA - COBURGENSE

IVVENE INGENII ET MORVM ELEGANTIA ATQUE
IN ADDISCENDIS DISCIPLINIS BONISQUE ARTI-
BUS ASSIDVITATE ET DILIGENTIA QVAM
MAXIME COMMENDABILI

FER. I NAT. CHRISTI MDCCCLXXX

HABENDAM

QVA DECECT OBSERVANTIA

INVITANT

D I R E C T O R

ET

RELIQVI PROFESSORES.

COBURGI, FORMIS AHLIANIS.

CXVIII § XXVI. *Judic. 5, ii exponitur.*

§ XXVI.

Judic. 5, ii exponitur.

Sed alia etiam sunt codicis sacri loca, in quibus vel optimi interpretes beneficii, ac benignitatis notionem nomini אֶחָד קְרַבָּה assignant. Eques quidem Ill. I. D. Michaëlis Iud. 5, 11 sic transtulit: Vom Freudengeschrey bey den Tränken der Heerde, Wo sie Wohlthaten Iehouens besingen, Die Wohlthaten an seinen Ebenen in Israel, Komm zu den Thoren, du Volk Iehouens. Qui locus ita conuertendus esse videtur: *A vocibus, sorte sagittarum greges diuidentium, inter aquationes, ubi canunt חֲנֹתִים instas causas Iehouae, אֶחָד קְרַבָּה legitimas bellirationes agrorum eius, inter Israëlitas, continuo descendit ad portas populus Iehouae.* Quod si nomini אֶחָד קְרַבָּה hoc in loco beneficiorum tribus significatum, duplex eiusdem vocabuli in eodem segmento modo actiua, modo passiua, quam vocant, erit assumenda notio, vt modo, quae aliquis confert, modo, quibus impertiuntur alii, intelligantur beneficia. אֶחָד קְרַבָּה vero esse causas iustas legitimasque iam testatus est paraphrastes Chaldaeus: *A loco ubi opprimebat eos, et rapiebat quidquid haberent, conciliabulum latronum, תְּמִתּוּבָה (quae nominis forma omissa est a Buxtorf. et Castello) et confessus furtu celantium, apud cisternas et scaturigines irrigationis atque aquationis, usque ad locum, quo exibant virgines Israëliticae ad aquas hauriendas, ubi nemo audebat committere, ut audiretur sonus percussionis plantae pedis, ob inimicitias atque angustias, ibi celebrant carminibus יְבוּרָה iustas causas Iehouae, וְעַל זְבוּרָה et legitimas bellirationes quae fuissent colonis villarum agrestium in terris Israëliticis: sic descendit ex arcibus munitis ad habitandum in villis agrestibus populus Iehouae. In Bibliis Regiis legitur in numero-*

mero singulari זכורה וער et legitimam belli rationem, quae iusta causa iam per victoriam, quam ope Iehouae, qui caelitus etiam aduersus hostes decerata videatur, consequit erant Israelitae, et hostium debellationem, erat declarata. Nomen זכורה in lingua Chaldeorum de iusta et legitima causa adhiberi, annotatum est ab Edmundo Castello in Lex. Heptaglotto col. 1046. Graecus posuit δικαιοσύνας, sed codices Oxon. Ald. et Complut. habent δικαιοσύνην, causam iustum, ut Pl. 17, 1; ubi Hebr. קָרֵץ respondet. Theodoreetus quidem ad h. I. Tom. I. Opp. p. 331 edit. Schulz. numerum adhibet singularem scribens: οἱ δικάσται — τῷ λαῷ ἐνοχεῖτε τὸν Κύρον, ἐπιβεβηκότες ἐπὶ ὑποζυγίῳ, παθήμανοι ἐπὶ λαυπτηνῶν, (sic enim legendum esse puto pro λαυπτίνων. Vid. praeter Cod. Alex. in hoc loco, Ief. 66, 20. Iul. Polluc. Onomast. X c. 12 segm. 51 et 52 pag. 1206 et cap. 31 segm. 139 pag. 1321 edit. Hemsterhuis. et Hesych. Lexic. Tom. II. p. 422 f. edit. Albert. nisi cum Lexicis quibusdam misis legere malis λαυπτιών) καὶ Θερέξαδι Φανῆν ἀνανεῳμένων διαμέσον εὐθανομένων, ἐκεῖ δόσσοι δικαιοσύνη τῷ Θεῷ. Optimates-populi laudate Dominum, vesti iumentis, assidentes in curribus arcuatis, atque acclamato vocibus coercentium greges in coetu laetantium: ibi tribuent iustum causam Deo. Vulgatus conuertit: Ibi narrentur iustitiae Domini: et clementia in fortis Israël. Sed plurimos in hoc loco inesse vulgati interpretis errores, iam annotatum est ab Amama, in Critt. Sacrr. Supplement. Tom. II col. 553 f. Syrus retinet ipsum hoc vocabulum: Ibi proponent זכורה iustum causam Domini, קורתה זכורה iustum causam, quam magnificauit, id est, victoria demonstrauit apud Israëlitas. Arabs scripsit: Serutamini verba eorum, qui יחרבון (sic enim legendum in Bibliis Polyglottis Waltonianis pro יחרבון ut Coran. 4, 81 edit. M-

CXX §. XXVII. 1 Sam. 12, 7 explicatur.

racc. 84 edit. Hinckelmann.) qui exercent se in libris sapientum, רְחַכּוּ (sic enim scribendum pro רְחַקּוּ in Biblio iisdem) ibi docebunt בְּ iustitiam domini, quam reuelauit Israëlitis. Kimchius, Gersonides et Abendana intelligunt iustas sententias Dei, quibus, qui Israelitas premerent, hostes excidisset, atque effecisset, vt illi villas agrestes, quas relinquere coacti essent, secure habitarent.

§. XXVII.

1 Samuel. 12, 7, 26, 23 et 2; 19, 29 explicatur.

Considerandum etiam est effatum Samuelis 1, 12, 7. *Age vero, assistite, vt iure contendam vobiscum coram Iehouah super omnibus iustis causis Iehouae, quibus egit vobis et cum maioribus vestris.* Eques III. I. D. Michaëlis quidem hunc locum sic transtulit: Stellet euch her, tretet mit mir vor das Gerichte Gottes, und lasst mich euch alle Wohlthaten vorhalten, die Iehoua euch und euren Vorfahren erzeigte hat. At in sequentibus non beneficia solum, sed poenae etiam, quas Deus Israëlitis inflxit, atque oppressiones, quibus iidem traditi essent, hostium commemorantur, a quibus, quae paterna est summi numinis pietas, quum primum resipuerint, identidem essent liberati. Chaldaeus hic etiam scripsit: Αγόρευτοι super omnibus iustis causis. Graecus habet, ναὶ ἀναγγελῶ ὑμῖν τὴν πάσαν δικαιοσύνην Κυρίου, atque annunciabo vobis omnem iustum causam Domini. In codice Alex. legitur, τὰς πάσας δικαιούντας, omnes iustas causas. Symmachus ad mentem potius Judaeorum quam ad sententiam contextae orationis transtulit, περὶ πάσων τῶν ἐλεημοσυνῶν Κυρίου, super omnibus eleemosynis Domini. Vulgatus magis

gis etiam peccauit, ponens: de omnibus misericordiis Domini. Syrus retinuit ipsum vocabulum זְדִקָּה super omni iusta eius causa. Arabs habet, אלְכָר pietatem paternam. Kimchius addit: "Jehouah recte vobiscum egit, vos autem prae*cep*ta Gersonides explicat per חסידות pietatis paternae demonstrationes. Vatablus ad h. l. adscriptis: "De omnibus iustitiis, i. Beneficiis quae contulit in vos Dominus. Ju*stitia* pro beneficio Hebraei aliquando accipiunt: siue pro eleemosyna, quod homines iustos declareret." At non pro beneficio, sed pro iusta causa hic ponitur צְדָקָה, neque significat eleemosynam, quod homines iustos declareret, sed quod, ex sententia populorum orientalium, sit officium, et res debita.

I Sam. 26, 23 est pietas ciuium erga regem. Sed יְהוּנָה, Davides inquit, retribuat unicuique זְדִיקָה pietatem et fidem suam. Eques III. I. D. Michaëlis quidem conuertit: Gott aber vergelte iedem nach Verdienst und Redlichkeit. At recentior haec videtur significatio, a Rabbinis, teste Buxtorfio, demum excogitata, quam ut hic eam putem quærendam. Ergo apud Chaldaeum iustum causam eius significare puto, non meritum. Graecus transluit: Καὶ Κύριος ἐπιτέλεψει ἑναδεῖ τὰ διαιωνύματα τὰ πίστως, sed Alex. et Complut. codices τὰ διαιωνύματα omittunt, pietates et fidem suam. Vulgatus habet: Dominus autem retribuet unicuique secundum iustum suam et fidem. Lucifer Caralitanus, teste D. P. Sabatier, scripsit: Et dominus restituat unicuique iusticias et fidem suam. Quemadmodum enim pietas erga parentes, teste Cicer. Partit. c. 22, iustitia appellatur, sic pietas erga reges eodem insigniri potest nomine. Syrus nomen ipsum זְדִיקָה retinet. Arabs posuit בְּכָרָה pietatem suam, Isaacides legit ישׁב אַיִל atque addit: לְכָל צָדֵי.

CXXII § XXVII 2 Sam. 19, 29 explicatur.

2 singulis hominibus piis. Kimchius, quem Melchides ad h. l. descripsit, addit; *Cuius qui, ut ego fui, pie tatis et fidei est studiosus.*

2 Sam. 19, 29. *Sed quae est mihi amplius iusta causa?* siue *innocentia?* Chaldaeus ponit vocabulum צְדִיקַת which significat. Graecus habet: Καὶ τί ἐστι μοι ἡ δικαιομένη; Sed quae est mihi amplius iusta causa? Codex Regius hac vtitur translatione: Εἰς χριστὸς τίνος ἔστι μοι ἡ δικαιοσύνη; Ex cuius manu est mihi amplius innocentia, siue absolutio? Vulgatus scriptit: Quid ergo habeo iustae quaerelae? Syrus conuertit: Non fieri potest, ut innocens sim. Arabs transtulit: פָּלָשָׁת אֶקְרָר אַלְאֵן אֲפָלָח Neque possum causam obtinere, siue innocens declarari: nam innocentia omnia prospera succedunt. Gabriel Sionita conuertit: Non possum igitur vincere, vixtricem sine dubio in mente habens causam. Qua Sionitae translatione, credo, Edmund. Castellus Lex. Heptagott, col. 3006 adductus, adiecit verbo Arab. كلّه signatum *vincendi*, allegato hoc loco, quum hic nihil aliud sit, nisi obtinuit causam. *Justa* in victu hoc loco intellexit Kimchius adscribens: "Quid amplius petam abs te iustorum, quae praebas mihi, aut de qua re con querar apud te, ut iuues me? Nam sufficit tibi, abs te me relatum esse inter conuictores tuos." Eques III. I. D. Michaëlis conuertit: Was habe ich noch weiter vor Recht?

§ XXVIII.

Loca quaedam ex Psalmis Dauidis proponuntur, in quibus vocabula צְדִיקַת et יְהֹוָה reperiuntur ac difficiliores habent explicatus.

Sunt

Sunt etiam in libro Psalmorum loca quaedam, in quibus vocabula קָרְבָּן et צָרָב adhibentur, quae non eodem modo exponuntur a recentioribus et antiquis interpretibus, quae deinceps considerabimus, si quid forte lucis iisdem nostra afferri possit opella.

Psalm. 4, 2: *Quum precor, exaudi me, o Deus my innocentissime.* Chaldaeus habet: *In ipso tempore preces meas accipe a me, Deus innocentissime.* Graecus legit עַבְנִי pro עַבְנֵי conuerit enim: ἐν τῷ ἐπικαλέσθαι με, εἰσῆγος με ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης με. Sic etiam Vulgatus et Hieronymus: *Cum inuocarem, exaudiuit me Deus iustitiae meae.* Eodem modo Arabs scribens רְאֵנָה atque Aethiops צָרָב ponens. Codex Aldin. legit עַבְנֵי εἰσῆγος, quem sequutus est Syrus: *Quum inuocarem te, exaudiisti me דָוִיד קָדוֹשׁ מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל וּפָרוֹקְהַת אֱלֹהִים.* Deus mi et vindex causae meae iustitiae. Codex S. Germani: *Cum inuocarem te, exaudiisti me, Deus iustitiae meae.* Sed Scholiastes annotauit: Οἱ πάντες, ἐπάκουστοι. Omnes ponunt exaudi. Theodoretus adscripsit: Το δὲ, τῆς δικαιοσύνης με, ἀντὶ τῆς τῆς δικαιασίας με δικήσως τέθεινεν. Οὐδὲ γὰρ ίδιον τῷ Φρονήματος τῷ Δαβὶδ, δικαιοσύνην ἀντῷ καὶ αἰετὴν μαρτυρεῖν. Iustitiam meam autem pro aequa rogatione mea posuit. Nec prudentiae Davidis est consentaneum, de sua innocentia et virtute testari. At Theodoretus innocentiae significatum non ignorat, sed aliis ipse eodem vitetur in locis. Sic ad Psalm. 18, 24 p. 708 edit. Schulz. Script: Ο μέγας Δαβὶδ τῶν ὀνείων κατοξθωμάτων μημονεύσας βιαζεῖς, ἵνα δεῖξῃ τῆς τῷ θεῷ περοῦθείας το δίκαιον, δι πέσσχετο τὴν γεγενημένη κεύψαι παρανομίαν. Magnus Davidis suorum recte factorum mentionem facere coactus, ut diuinæ ostenderet prouidentiae innocentiam, commissum peccatum celare non potuit. Eques Ill. I. D. Michaëlis conuerit: Wenn ich rufe, so antworte mir, Gott, der du mich gerecht sprichst.

Psalms.

CXXIII. f. XXVIII Psalm. 17, 1 exponitur.

Pf. 17, 1: Exaudi, Jehovah, קְרָצֵן iustam causam, siue partem litigatorum innocentem. Chaldaeus conuerit: Suscipe, Jehovah, preces meas בְּצַדְקָתֶךָ iuste, quem sequitur Aquila et unus codex Regius ponens: Εἰσάγοσθον δίκαιον, Scholia et interprete, αὐτὶ τὸ δίκαιόν. Graecus legit κράτος scribens: Εἰσάγοσθον, Κύριε, τῆς δίκαιοσύνης μα. Exaudi, Domine, causam meam iustam. Scholia et addit: Οἱ ἄλλοι τὸ μα — εἰ προσέθηκαν. Αλλ' οὐ μὲν Συμμ. ναὶ Θεοδ. Κύριον δίκαιοσύνης τὸν Θεὸν ὀνομάζασθ. Alii codices meam non addiderunt. Sed Symmachus et Theodotion Dominum innocentissimum indicem Deum appellarent. Symmachum et Theodotionem Syrus, LXX autem Arabs est imitatus, ille enim habet, Exaudi, Domine אֱלֹהִים sancte, hic autem scripsit: Exaudi, o Deus, בָּרוּ iustam causam meam. Vulgatus ut Hieron. Exaudi, Domine, iustitiam meam. Theodoretus adscripsit: πάλιν ἐπτάυθα δίκαιοσύνην εἰ τὴν τελείαν σέργειν λέγει, αλλὰ τὴν δίκαιαν ἀπηντώ — Οὐ δέ γε Ανύλας έτως ἔθη, εἰσάγοσθον Κύριον δίκαιον, αὐτὶ τὸ δίκαιόν, ναὶ μη μαρτυρέμως. Iterum hic iustitia non perfectam virtutem significat, sed aequam rogationem — Aquila quidem sic interpretatur, Exaudi Iehouah, iuste, non leniter, Ezrides hic vocabulo קְרָצֵן veritatem opponit שׁוֹא mendacium, addens: שְׁמַעַת כִּי צְדָקָה לֹא שְׁמַעַת אֶל Exaudi, nam vera dicam, quia mendacia non audit Deus, Eques III, I. D. Michaelis conuerit: Iehouah, höre die gerechte Sache, atque adiicit: Hier und bey den folgenden Versen ist abermals wohl zu merken, daß David Gott um Hülfe gegen seine Feinde anruft: er redet also nicht pharisäisch von seiner untadelhaften Frömmigkeit gegen Gott, sondern beruft sich blos auf die gerechte Sache, die er gegen seine Feinde hat.

3d 6020 II

(2)

ULB Halle
003 772 209

3



TA-206

KM Wt.

Farbkarte #13



B.I.G.

7
Q. B. F. F. F. Q. I. E. D.
PRAEMISSA AD HOS. II SEGM. XXI
VOCABULI ^{PA} EXPLICATIONE
XVI

**OMNES MVSARVM PA-
TRONOS, FAVTORES,
AMICOS**

^{AD}
ORATIONE M
^{DE}
**QVAESTIONE, NVM RELIGIO CHRISTIANA,
SINE DOCTRINA DE DIVINITATE CHRISTI,
SIT PROBABLIS?**

^A
CHRISTIAN. GVILL. THEOD. VOGTMANNO
GRVBA - COBVRGENSE

IVVENE INGENII ET MORVM ELEGANTIA ATQVE
IN ADDISCENDIS DISCIPLINIS BONISQUE ARTI-
BUS ASSIDVITATE ET DILIGENTIA QVAM
MAXIME COMMENDABILI

FER. I NAT. CHRISTI MDCCCLXXX

HABENDAM

QVA DECECT OBSERVANTIA

INVITANT

D I R E C T O R

ET

RELIQVI PROFESSORES.

CORBVRGI, FORMIS AHLIANIS.